

of the *Rectum*. It had likewise formed a small Abscess, which discharged itself into the Cavity of the *Pelvis*, but had not any Communication with the Cavity of the *Rectum*.

XI. *Observatio Eclipsæ Telluris Romæ habita in Ædibus Eminentissimi Cardinalis DE-VIA v. Non. i. e. d. 3 Maij, N. S. Apr. 22. V. S. MDCCXXXIV. per Didacum de Revillas, Abbat. Hieronym. R. S. S. & Andream Celsium, R. S. S. Astron Profess. Upsal. R. S. Suec. Secr.*

Clarissimo Præstantissimoque Viro
EUSTACHIO MANFREDIO,
Didacus de Revillas, Abbas Hieronym.
S. P. D.

TU Æ erga me humanitatis, amorisque erga Te mei recordationem in animo tuo excitandi, Ornatissime Manfredi, per opportunam suppeditat occasionem Solaris Deliquii Observatio, quam in jucunda, tibi que jam dudum familiari severiorum Musarum Diatriba, Ædibus nimirum Eminentissimi literatorum hominum Mœcenatis Cardinalis DE-VIA, divisis officiis una cum Doctissimo, tuique amantissimo Andrea Celsio, Astron. Prof. Upsal. habuimus. Hanc ad Te mittendam communi consilio

filio censuimus; ut quemadmodum Cœli cum tuis Ephemeridibus mirum consensum nostra hæc quoque Observatio probat; probes Tu num eadem ab Observationibus tuis minimè dissentiat: quod sanè speramus. Curam enimvero omnem, cum ex solaris speciei ad Meridianam lineam appulsu, tum ex æqualibus Solis altitudinibus, eâdem observationis die, & pridie etiam sæpius notatis, pro accurata temporis veri determinatione impensam testari possumus. Cæterum duplici, notæ optimæ Telescopio palmarum Romanarum circiter VI, Telluris defectum observabamus (longiorum siquidem tuborum usum nimia Solis ferè Meridiani altitudo, & alia quædam incomoda prohibebant): altero Solis imaginem directè ad oculum opacato vitro munitum transmittente, Eclipses præsertim initium & finem; altero in adversâ Tabellâ, ut moris est, solarem speciem depingente, Phases intermedias intuebamur. Spem equidem hujuscemodi observationibus vacandi ademerant importunæ nubes, primùm oriente Sole australem horizontis plagam, totum deindè Cœlum penè inficientes. At dum densioribus rariores successere, etsi primum Planetarum osculum eriperint, primas Phases aliquantulum incertas, & speciem circa Eclipses finem veluti denticulatam exhibuerint; reliquas tamen observationes accuratè definire concedebant. Excipe ergo V. Cl. totius observationis seriem: & dum Literatorum omnium vota Te de Astronomia optimè meritum, incolu- mem, si unquam aliàs cupiunt, me ut soles amare perge.

Romæ IV Non. Maii MDCCXXXIV.

Observationes.	Temp. ver.		Quantitas		Obscuratio
	p.m.	Diei	2	Digit.	
	H.	'	''		
I	22.	22.	35	- - - -	Initium aliquantum
II		27.	10	$\frac{1}{2}$	præcessisse trans
III		34.	0	1	nubem videbatur.
IV		42.	6	$1\frac{1}{2}$	
V	23.	0.	52	2	
VI		3.	16	2 - -	Vel pauld plus: &
VII		10.	31	2	max. obscuratio im-
VIII		28.	16	$1\frac{1}{2}$	minens censebatur.
IX		45.	11	$0\frac{1}{2}$	
X		52.	10	- - - -	Finis.

Ex IV & VIII Observat. maxima Obscuratio
circa h. 23. m. 5. colligitur.

F I N I S.

E R R A T A.

Page 281. Line 1. for IV read V. P. 282. l. 7. for V. read VI.

L O N D O N :

Printed by W. INNYS and R. MANBY, Printers
to the Royal Society, at the West End of St. Paul's.

M D C C X X X V I I .